Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

clarificauit. Clamor ad celum attollitur
A cu et debita graciarum actione hymnus glori
e omnipotenti deo ab uniuersis assistentibus
decantatur. Hoc quoque successoribus
nostris indicare curauimus: qui in diebus
rogacionum ad sepulchrum predicti con
fessoris contigisse uidimus cognouimus.
Quidam enim sacerdos cum populo sue pro
curacioni commisso in diebus rogaci
onum crucem cum hymnis et canticis
ad monasterium sancti petri et sancti georgy
deferebat: cum quo quidam cecus alterius
manu ductus ueniebat. Is cum ad
sepulchrum confessoris christi uenisset: ex
toto corde suo rogauit sanctum henricum
ut pecus intuencium restitueret ei lu
men oculorum. Cumque diu precibus et la
crimis pulsaret ad hostium pii confesso
ris: cunctis uidentibus et in laude dei
acclamantibus redditus est ei uisus
per graciam omnipotentis. Et mirum in modum qui
alterius manu ductus crucem domini secutus
fuerat cecus: modo propriis manibus
crucem ferens cum laudibus christi populo
domum redeunti ductum prebuit illumi
natus. Aliud quoque diuine uirtutis
miraculum celebri commemoratione

Erat quidam clericus et certa fide cognitus est
languidus ipsa manifestate omnibus
cognitus. Cuius inferiora omnia
a lumbis et infra omnino premortua
fuerunt. adeo ut nec pedibus solo inniti
ualeret: sed instrumento cuidam rotulis
quatuor coaptato pendulus inherebat:
suique corporis molem manibus propriis pro
possibilitate artificis uolutabat.
Idem loculum sanctissimi corporis frequencius
uisitare solebat: et per dei misericordiam
ad declaranda serui sui merita tanta
est consecutus, ut membra premortua ui-

gl'iam

uificarent: ac deinde baculum utique
humero subpositis pedibus terram
tangeret et erectus incederet.

Modernis etiam temporibus con
tractus quidam qui adhuc in car
ne superest in eodem loco sanatus
est et natalem usum ambulandi re
cepit. Preter hec multa alia sanitatis
argumenta et experimenta frequenter in eodem
loco uisa sunt: debiles curati, ceci illu
minati, demones ex obsessis corporibus
uisibiliter fugati: multi ex diuersis in
firmitatibus ibidem frequentissime
liberati sunt: domino testificante quanta sanctorum
gloria in celis sit. quos tantis mira
culorum uirtutibus in terris coruscare con
cedit: ne apud homines loco humili
teneantur. qui apud deum mitis excelsi esse
comprobantur. Cum etiam miraculorum at
testacionibus sanctitatem confessoris sui
dominus declararet: babenbergensis ecclesie prelati
crebrescentibus signis cum mandatis
et litteris chunradi regis ac principum
romam abierunt: et quam magna mi
rabilia deus per confessorem suum operetur
domino pape eugenio et romane curie
nunciauerunt. At illi gaudentes
et pretante fame dulcedine deum glo
rificantes de canonizacione sancti
regis henrici ceperunt solliciti ac di
ligenter ad inuicem conferre. quatinus
in decalogo conscriberet sanctorum. quem uir
tutibus et signis probaret assumptum
esse in regnum celorum. Cui canoni
zacioni quidam cardinalis iohannes nomine
cepit uehementer obsistere: et preiecto ti
more dei. in quibus cunque potuit non uere
cundatus est predicto confessori christi detra
here. Sed diuina ultio detrahentem
celesti uibere repente coercuit. et diu